IX

DE LAVDIBVS FLORENTIAE PANEGYRICVM.

LIDANI COLANELLI SETINI
E SOCIETATE IESV
In Florentino Collegio humaniorum literarum Magistri

LVCAE ALAMANNIO PATRITIO FLORENTINO
VOLATERRANO EPISCOPO.

Alexander Scarlattus. I.V.D. Inscribit.



FLORENTIAE APVD BARTHOLOMAEVM
SERMARTELLIVM, ET FRATRES. 1614.

Superiorum Permissu.

LVCAE ALAMANNIO PATRITIO FLORENTINO VOLATERRANO EPISCOPO D. PERPETVA FIDE COLENDO.

Alexander Scarlatius. P.F.P.

AVDIVI proximè de Florentiæ laudibus elegantem Panegyrim cum ab eius Authore in suo politioris humanitatis gymnasio decãtaretur; præeras tu Reuerendissime Antistes: adstabat sacratissimus Fesularum Episcopus: aderat refertissima insignium virorum frequentia. Certum exploratumque statim penes me fuit non eam diu a communi notione abfuturam, siquidem ingenuis animis nullus eò iucundior sonus qui non solum dulci aures harmonia, sed mentem etiam veraci commendatione suauiter mulcet. Ideo

mihi omnibus ſtudiis nitendum cenſui vt cunctos in ea propalanda præcurrerem ; etenim fuiſſet indignum octo annorum ſpatio ſub eiuſdem gymnaſii diſciplina verſatum, huiuſmodi operum ęſtimatione cuiquam imparem eſſe ; at cur non etiam ſic tibi totique inclytæ Ciuitati obſequerer? Non turpem igitur , quin potius honeſtam atq; officioſam proditionem ſum ratus , ſi Carmen quod tantum lecturus accœpi , furtim diſsimulanterque publicarem . Iniquo fortaſſe tulerit animo humani plauſus contemptor vates eam ſibi me ſuo labore quęſiſſe gloriam quam (vt ille cecinit) is ſolus ſpreuiſſe poteſt qui iure meretur ; at meum profecto non deſiderabit iudicium ; quippe ad nobile opus, nobilis ac verè lucidi nominis tui ſplendorem praemitto, eumque illi vindicem opto qui praeclari Generis ſui dignitatē & laudatiſsimae Patriæ laudes ingēti virtute magis in dies illuſtrat. Vix me in pręsētia cohibeo quin ea verbis proferam quę animo contēplari non deſino. Adoleſcentiae limen nondum euaſeras, cum celeberrima Lutetiæ Vniuerſitas inſignem tui probitatem ac ſcientiam quam ibi praeſens manifeſtè indicabas, laude non tacita proſequebatur ; nec

prius

prius es vigesimum & tertium aetatis annum in gressus quam tuis eximiis meritis, sacri Episco palis dignitatis fasces summa cum omnium ad miratione obuenerint. Referrem libenter qua prudētia quaue solertia expediueris apud Chri stianissimos Reges non pauca permagni momenti negotia, vnaq; dicerem qua sapientia, fide, clementia delegatam tibi a summis Pontificibus Iurisdictionem in gubernandis illustriori bus Ecclesiastici Imperij Ciuitatibus exercueris; verum intra breuissimos harum literarum cancellos nimium laederentur haec aliaque ma gnitudinis egregię spectacula, quae & in vastissi mae orationis theatro parum apte quis edat. Suscipe Praesul optime tutelam filii ab humanissimo parente diuulsi; Supremum interim omnium Seruatorem precor vt te quotidie ad maiorem multorum felicitatem tueatur ac ser uet. IV. Kal. Aug. A. R. S. MDCIV.

ALEXANDRI SCARLATTI
EPIGRAMMA
LAVDAT FLORENTIAM, ET CARMEN IN EIVS LAVDEM COMPOSITVM.

FAMA licet Florę titulos dictura superbos
Millenos toto fundat in orbe sonos,
Iure tamen queritur tanta miracula Molis
Eloquij vires exuperare sui;
Ingentes at si laudes aequare loquendo
Optat, ad egregium lumina vertat opus
Vnde nouum Pulchrę decus Vrbi peruenit, & quę
Ipsa nequit multa voce referre, patent.

IN LAVDEM FLORENTIAE

NOBILISSIMAE VRBIS, AC TOTIVS ITALIAE FLORENTISSIMAE.

PANEGYRICVS.

DVM nix in liquidum canis è montibus imbrem
Soluitur, & cæcos sibi querens auia calles
Naiadas vndarum dominas, alienaq; visit
Littora, & emensos tacitè subtermeat agros,
Ac nemorũ leuis aura comas, Zephyrusq; recentes
Ventilat almus opes ruris, per, & arua, domosq;
Sibilat, & gelidis renouatur gratia Lymphis;
Et salit, & queritur, seq; implicat vnda recursu
Tortilis, & gremio terræ placidißima serpit.
En quoq; Vaticinis ego Apollinis innouor æstris:
Oblita ac senium, iuuenescit musa: calorq;
Insolitus gliscit, velociter alste circum
Mæonio volitante caput: totumq;: pererrat
Inge-

Ingenium dos Lesbiadum: cunctasq; medullas
Depopulat noua flamma: velut cum feruidus alta
Mulciber ignifcros voluens ad Sydera montes
Herbiferum rutilumq;: simul depascitur æquor.
Abrapior: Qualis Cybeleius ære sonoro
Per iuga sũma agitur Corybas: vel Bachica quõdã
Mænades Ogygijs repetentes orgia thyrsis.
Quin me maius agit numen, stimulatq; canentem
Ne quicquam adportenta Deûm celebranda: poetæ
Quæ in varias olim norunt mutata figuras
Quadrupedum, ac falsò cœli regione locarunt;
Verum ad maiores vatem fœlicibus ausus
Excitat auspicijs, aperitq; ingentia laudum
Aequora, materies fandi quibus ampla virescit.
Cernitis? ante oculos mihi grata effertur imago,
Virginis os humerosq; gerens, & Cyclada Belga
Arte laboratam gemmis, auroq; trilicem.
Deueneror: studioq; feror maiore videndi
Obuia luminibus rerum spectacula nostris.
En eadem auratis squammis riget, astra lacessens.
Sole repercussa, & rutilantis imagine lucis
Versicolore bibit Phœbæum sidere sidus.
O se quanta aperit facies: quam fortis in arma,
Ac sceptris opibusq; potens, animisq; virago
Aspera Martigenis, ac nullis perdita telis,

Victrix finitimas ditione coercuit vrbes.
Tempus vtrumq; calybs ferrato praegrauat orbe
Fusilis, & geminas sustentat vertice Cristas.
Cum non caesariem crinali stringere cultu,
Colla nec ornatu toleret mollire retorto:
Dextera lathifero gladio generosa coruscat,
Excidium minitans hostilibus obuia turmis
Ponere & aequa solo fumantia culmina, nec non
Spirat anhelantes in praelia caeca furores.
Haud secus ac validis circũdatae Amazones armis
Quando securigeris stimulantur obesse cateruis.
Seu qualis domitura feram Threissa cohortem
Arpalice stricto stat formidabilis ense.
Laeua gerit validos clypei septemplicis orbes,
Quem steropes Brontesq; nigris incude caminis
Formarunt: variaq; cyclops vulcanius arte
Inclusit, ducibusq; dedit gestare superbis.
Hic leo Quadrupedum Dominus Nemeaq; timendus,
Acrius exertans vultum caudamq; iubasq;
Hospes diffuso vigilans animatur ab auro;
Qui ruere immanes voluisse videtur in hostes
Dives vbi haud quaquam propria ditione Tyrannus
Barbara bella ciet, furiisq; agitatus iniquis
Concitat armatas peregrina ad maenia classes.
Praeterea orbiculi teretem sex vsq; coronant

 Aegida,

Aegida, quorum vnus victricia lilia iactat,
Lilia caeruleo iam pridem consita campo.
Agnosco patriam, agnosco, nec fallor inani
Obtutu formae, salue dulcißima tellus
Aeneadum partus, matrique simillima Romae
Filia, quae geminos nomen protendis in axes:
Oraq; percurrens hominum per sidera fama
Viua volas, nullo solis moritura meatu.
Salue iterum iam nota mihi Florentia, salue,
O decus Hetruscum, populi ò Regina superbi,
Praesidium, columemq; orbis, terraq; mariq;
Nobilis, ac Lybiae terror, lunaeq; bicornis
Imperij domitrix, Othomano ac lacta cruore.
Quo de parta tuis pendet victoria templis.
Seu stas innumeris ventosa per aequora velis,
Et magno molis domuisti pondere Nereum,
Atque super iectis diffindis cerula syluis.
Te dicam Tuscae Dominatrix vnica prolis,
Et mater faecunda Ducum, faecunda virorum:
Garrula quos vili seiungit fama popello,
Immeritosque mori rutilantibus inserit astris.
Virtutum o cultrix, virtutum & cognita sedes,
Vrbanae exemplar vitae, morumque bonorum
Nutrix, ac tutela: cui faelicia ducunt
Pollice Lanigeras vitalia pensa sorores:

Istaque flauenti cogunt squallere metallo
Et nunquam mutare vices, ac firma manere
Saecula Mediceis moderanda nepotibus aeuum
In totum : quibus altus honor, clauoque trabali
Fixus inest, ac iuncta nitet noua gloria summis
Archiducum, Regumque togis, trinaq; corona.
Horum nunc splendor pietate insignis, et armis
Cosmus adest, franosq; regit, qui nixus auitis
Auspiciis captorum operum natalibus aequat
Maternis animum, fatisque instare paternis
Impiger, atque eadem cursu calcare sequaci
Gentilis retinet stirpis, generisque tenorem.
Fertilibus palmes generosus qualis in aruis
Succo alitur matris, vitaque excrescit eadem
Viuidus, accepta, & natura haud immemor, vltro
Nititur in vires proprias, ac insita furtim
Incrementa capit, natrui roboris ante
Semina praegustans, animumque expellit agrestem.
O qua pacato ridet sapientia vultu
Illius, & quanti promanant ore lepores.
Lumina non feruor truculenta exasperat ira :
Nec validi in vulgus tempestas proditur oris :
Sed placidus delicta domat, sontesque loquela
Blanda castigat, sine, & astu corrigit irae
Hoc melius : paenae quam si feritate darentur.

Lene fluit Nilus septem qui porrigit ora
Neptuno, fluuiis cunctis tamen arua Canopi
Vtilior faecunda rigat: non murmure vires
Suppeditat: pauidisq; Thetis tunc fida Carinis
Cum leuis aequato ridet pellacia ponto.
Maius opus peragit semper tranquilla potestas,
Quam rabies furibunda: hominesq; potentius vrget.
O quanto debes Florentia iure tryumpho
Laetitiae efferri, cernens iuuenilibus annis
Mediceum germen, Magnaeq; Parentis alumnum
Subiectos dulci fraeno cohibere penates.
Haec tibi debetur laudis quoq; gloria, tales
Qua generas animosa Duces, atq; excipis ostro,
Ingenioq: beas, & lumine mentis acuto;
Quo tu multiplices inter caput erigis artes.
Nec mirum: siquidem tenues tibi caelica tecta
Effudere dies, blandèq; arridet olympus:
Ac rutilus crassos soluit per inane vapores
Ingenita virtute polus: telisq; coruscis
Cynthius attenuat: tenuisq; hinc carpitur aura.
Italici sermonis opes tu diuite ab amne
Spargis, & eloquii riuos fontesq; ministras
Gentibus, antiquans cassas dulcedine voces:
Sic facis vt pereat verborum degener vsus,
Ac proprios verosq; sonos in luminis auras
Effers,

Effers, moturos ad verba hetrusca loquentes.
Vera camaena refert: non hoc te praeterit oris
Hetrusci studiosa manus, clarumq; lycaeum
Cui lacus insigne est, calcatis ebrius uuis,
Et musti dulces fundens in pocula guttas;
Purpureiq; Patres praesunt, apicesque virorum,
Et quoque Alexander, sacras qui flectit habenas
Vrbis, & inuigilat populi imperterritus actis;
Pisarumq; Auspex: Volaterrae ac Praeses, amicũq;
Astrum, quo nati sparguntur luce Tonantis,
Virtutumque viret semen, diosque colores
Inde bibunt obiecti animi, superumque decores.
Ceu solet oppositum Taumantis filia solem,
Discolor vt picto per nubila deuolat arcu,
Ebibere, ac varios in se transferre nitores.
Et licet his vates adiungere saepe canoris
Certantes Cygnis, & Daphnide tempora vinctos.
Quos inter frondentis adest vetus incola Pindi
Strozzius, hospitiumq; nouem praedulce sororum,
Hippocrenaeae potator & inclytus vndae.
Adde Rinuccinae sobolis par nobile, sacros
Pieriae Lucos, ac totum Helicona sub alta
Pectoris aede tenens, flauiq; sacraria Phœbi.
Quid ni etiam mihi testis erit Florentia caetus,
Qui sublime tuo sumpsit de nomine nomen:

Docta

Docta vel exculti academia facta magistris.
Furfuris ista sonat nomen, lapidisq; rotatu
Perdomitae Cereris tunicas: quas pistor ab albo
Puluere secernit, fundens in cribra farinas
Assiduisq; rotam conterquens orbibus vnam.
Sic remanent Cereris summo purgamina dorso
Dum syncera cadit, paruoq; foramine portam
Inuenit, & capsae fundo requiescit opaco.
Haec etenim structura fauos Academia dulces
Lectarum vocum, nec non mellita loquendi
Fundamenta, olim niueis claudenda papyris,
Florida libauit Bocchacci prata latini
Arpiniq; patris puro saturata fluento;
Quin etiam excurrit spatiosa per arua Petrarcae,
Arua laboratos Mantoi aequantia Campos
Vatis, & insignis per amaena rosaria Dantis,
Villanumque agros, diuiq; opulenta Tudertis
AEquora, Iordanis Guidi, Dominique Caualca
Et Passauanti, Luca, Butiq;, Boniq;.
Qualis verę nouo, (rigido cum bruma capillo
Solibus è calidis moriens procul ire coacta est:
Et reuocat natura vices, nihil atque senile
Obiicit at pleno se se rediuiua theatro)
Mellifer electis exercitus ingruit herbis
Hyblaeis spatiatus agris, ac nectare cellas.

Oppleturus

Oppleturus agit se ad olentia pascua, Tymbra:
Cruraq; stipatis onerat tenuissima caris.
Ast ea dum sequitur lingua studiosa decores,
Ecce repentino visu perterrita nubis
Fluctuat ancipiti cura, & stupefacta refertur
Nunc huc nunc illuc, vultuque immobilis hæret.
Postquam se nubes media tandem intulit aulae,
Scinditur, inq; æthram sese purgauit apertam.
Apparent subito diuinum vertice odorem
Spirantes oculisq; astrum venerabile lumen
Bembus, Ioannes Casius, qui censor honesti
Moris, Ariostus, nec non Alamannia proles
Flumine quæ Aonio doctos bibit ore liquores:
Borghinus, Cynius, Medices Laurentius, omnes
Hetruscis salibus conspersa volumina habentes.
Tum sic Bembus ait, Tusci sermonis alumni
Tollite corde metum, ac varias deponite curas.
Adsumus hic septem qui verba polita secuti
Scriptores: dignis ac desudauimus actis.
Accipite, & nostros naso suspendere libros
Nolite, & voces chartis intexere quemquam
Ne pigeat nostras: linguæ sumus usque parentes:
Et quoque nos iuuit sapientum insistere plantis.
Dixerat: Ast subito occurrens in colla manusque
Tota virum selecta cohors hæc addidit oti.

Accipimus,

Accipimus, vestr... q; hilares peragrare labores;
Nec mora nec requies: toto conamine vestrum
Et nomen chartis, vocesq; feremus ouantes.
Talia iactanti, atque effundere plura paranti
Eripuit visum rediens nitidissima nubes:
Et procul in Zephiros visae cessere figurae.
Sic quoque sedere i proceres, quibus aurea collo
Caesaries promissa fluit, tergumq; flagellat:
Ac lambit talos stellatus supparus imos:
Et geminae liquido librantur in aere pennae
Interpunctae albis maculis, lunaq; bicorni:
Caeruleum cum forte nouo per inane volatu
Ignotum sudere iubar, mentitaq; frontis
Emicuere oculis crinita sidera flamma:
Et sonuere suis iuuenilia vocibus ora.
O mihi quanta tui referas monumenta decoris
Vrbs generosa, fluit cui vitreus Arnus, & vdas
In mare lapsurus longe deuoluit arenas.
Illa etenim quae saepe vrbes diuisa beatas
Efficiunt collecta tenes tu sola, velutq;
Pandora cunctos caelum tibi prabet honores.
Qualem te memorem Florentia flore beata
Nobilium rerum, cumuloque beatior omni
Dicendorum operum, virtutum ac luce nitentum.
Nam tibi non aquilis regalibus inclita tecta,

Non

Non tituli summiue apices, & culmina honorum,
Laurigeri aut fasces desunt, non infula terris
Et caelo barbatroque potens, quae cuncta coercens
Sub sua Iura vocat: fontesque redonat olympo.
Nec tibi sidonio desunt medicata veneno
Vellera, principibus semper decora alta futuris.
Martia nec pubes, celebresque haroes in armis;
Quos ego, centenis quamuis mea vocibus ora
Turgerent, non posse reor percurrere versu.
Non pietas, & casta fides, rectique voluntas,
Nec syncera boni fluuio sacra templa perenni
Vena replens, dum celsa orator sede locatus
Caelicus ore tonat, scelerum sub mole gementum
Pectora sollicitans; stygioque in Marte cadentes
Increpat, accensa iaculatus fulmina lingua:
Quis mihi nunc tot acerba furor suspiria dius,
Quis numerũ lacrymantũ omnem, quis carmine que-
Ac sua praeualidis quatientes pectora pugnis (stus
Expediat? tanto voluit Rex feruere motu.
Maximus, aeterna gentes in morte locandas.
Concio procumbens genibus: nec multa morata
Arripit intortos funes, ac lora, manuq;
Fulminat, atque irarum omnes effundit habenas
In se se cali profugam, & natalis olympi
Immemorem: ac duro maculosum verbere crimen

Edomat, & pulsa crebro scelerata cruentat
Corpora, Tanario quondam regnata Tyranno.
Hoc quicumq; videt Tusca nouus incola terrae
Cogitur attonitis haerere obtutibus; imoque
E cordis tales penetralibus edere voces.
O fortunati ciues quibus Orbis in isto
Contingit esse sinu, ac fausto sub sidere vitam
Ducere, Florentes vbi virgo Astreaa penates
Cernit inesse suis addictos legibus, aeque:
Conflatosque albo mores, flauoque metallo:
Pectoraque horriferis animis exuta ferarum
Quae Maia genitus, stellatae ac nuncius aulae
(Qui mores hominum placidos formasse loquendo
Fertur, & vrbanos docuisse vaferrimus vsus)
Humano aspersit sensu, fandique lepore:
Fælices iterum queis est Florentia mater,
Maxima cui probitas niueo circumdata peplo:
Et cum pace soror puro concordia limbo:
Gratiaque aetherea sedis, verusque nitescit
Integritatis amor, cælique immensa Cupido:
Nec non Religio vitii feri ugine cassa:
Cuius magnificis spectatur gloria templis.
Nec mihi sunt tacitis alia ornamenta camenis
Praetereunda: fauet Cyrrhae dum Gurges inhaustus.
Te quoque nobilitant equitum Florentia catus

Quos rosea, niueaque cruces radiantibus addunt
Sideribus, remouetque sago nota rubra gregali.
Praeterea multo resonantia pectora phaebo
Atque sacerdotum numerus, quorum entheus ossa
Depopulat calor, & viridantia tempora honoris
Musarum albescunt vittis, laurique maritant.
Te quoque Apellaei succi, vel Zeuxidis artes,
Phydiacaeue manus, variisque industria signis
Et Policletaum ingenium, caelumq; Myronis
Informes animans cautes rigidosq; colossos;
Velleraquin serum seu quae Phaenissa laborat
Prole Tyros docili, pretiosaq; murice sidon.
Daedala seu virtus pennas quae viribus vsa
Ingenii humanis fertur posuisse lacertis,
Atq; nouo tenues auras secuisse volatu
Dum metuens fugit Minoia Regna, secuta
Remigio alarum cumanas tutius oras.
Nec tibi per totos terrarum Belgica tractus
Concelebrata deest textrix, quae turbine fusi
Serica torta olim, ac digitis formata supinis
Orditur, teretique iugo texenda reuoluit
Stamina, queis parili commiscet licia tela:
Atque intenta operi, laeua dextraq; vicißim
Inserit explicitum radiis subtegmen acutis.
Alternoq; trahens pede nunc extensa deorsum

Licia nunc sursum, dentato stamina ligno
Percutit, & captis solidat velamina filis;
Pictaq; diuersis affert aulaea figuris;
In quibus, aut homines vario discriminat auro
Aut nunc deuictas acies, Troiaque ruinas,
Magnanimum nunc facta ducū, nunc ense phalanges
Lurida puluereo geminare cadauera campo:
Nunc etiam effingit fluuios syluasq; comantes:
Ac satyros iunctos nymphis per rura vagantes;
Festiuo, vel rite solum Dryadesq; puellas,
Et venatricem quatientem calce Dianam;
Quae quoque per virides grauida succincta pharetra
Aspicitur colles, canibusque latrantibus apros
Urgere, ac volucri Damas laniare sagitta.
Quin etiam lepidos puro in velamine flores
Pingit acu mulier facili, calamoq; palustri
Inserit artifici vernantia lilia panno.
Sic ea in argento candent: flauescit in auro
Chalta: refertque virens paestana rosaria cespes.
Et violae violis certant, & fructibus ipsi
Fructus; sic vincit naturam paene magistram
Foemina producens varios sine semine flores.
Caetera non memoro: dictis cum plura supersint,
Et mea ad excelsas flectat vestigia turres
Musa, licet graio nolit concedere plectro.

Factaq;

Fataq; turgescat tripodum furialibus auris.
Quidquid enim trullis iaciens cæmenta redemptor
Condidit; & primis dedit incoluisse Dynastis,
Ne quicquam vile est si versibus ingerat omnis
Lingua sophocleo resonet licet aucta cothurno.
Adae quod antiquæ quondam cecinere camenæ,
Proxima stellatis deducta palatia Regnis,
Pyramidumque apices magnæ ac miracula Memphis
Sæpius ad cytharæ modulos dixere poetæ.
Aggredere ergo alacris vocum discrimina mille,
Ad manuum partus, & saxea corpora duris
Seruitio Artificis valido compacta colossis
Flectere, musa, oculis, aut quod molimina circum
Obiiciunt adiecta tuis, ad pollicis ictum
Atque lyra vocale melos iam accersere: pulchrum est
Ac aequum, tali nunc indulgere labori.
Incipe iam celeres congesto marmore sensus
Pascere, & augustos metiri luce penates.
Aspicis innumeris quot sint loca consita villis
Corporis obsequio ciuis famulantia: & Vrbi
Multiplici solitum reddentia messe tributum.
Hic mulcere datur curas, genioq; parumper
Cedere, & ardentes variis arcere calores
Rebus: vbi rabido flagrans exæstuat ore
Syrius, & validis latratibus aera siccat;

Atq;

Atq; Cleonaei baccatur stella Leonis,
Totaque pallenti tellus languescit amictu.
Et cum cocta cadunt tepido sub frigore Librae
Poma: quoque hic varios datur exercere labores,
Defessum dulci recreare ac gymnade corpus,
Siue coruscantis fingendo tonitrua cœli
Oblongo ferri tubulo spolia alta petenti
A Ioue, cum picea solem caligine vestit
Fumeus, occultas iaculans ad sidera flammas;
Seu Capreas, Leporesque vagos, Vulpesque malignas
Sectando; cum forte canis vestigia nactus
Venator cursu praedam, caudaq; latratuq;
Offert, & querulo complet nemus omne tumultu
Ac tunc impatiens frani tenuißimus vmber
Per salebras collesque ruit, per aperta locorum
Fulminis ardentes alas, caurosque volantes
Exuperat, leporisque pedem pede feruidus vrgens
Sæpius increpuit malis, hostemque momordit.
Aut nigra nexilibus tendendo retia filis,
Ac nodis volucres prædantibus impellendo,
Saxorum iactu strepituque cadentis arenae:
Lucida vbi in pulchros distinguitur vua colores
Ac viridis se aperit facies, quam vitea circum
Ducta racemiferis præpandit scana corymbis.
Vimine seu curuo turdos, viscoque tenaci

Fallendo

Fallendo arguto cantu, dum callidus Auceps
Agminis aligeri voces, & sibila fingit,
Ludib io ac blandita suo pranuncia fati
Noctua dum saltat, vel in ipsa sede quiescens
Huc caput atque illuc iactat collumque deorsum
Et sursum mouet, ac toto nunc corpore surgit.
Quam Florentino bene rerum docta creatrix
Indulsit natura solo: stupet ipsa voluptas
Commoda, Delicias, Villarum membra, situsque,
Temperiem cœli: qua cum dulcißima paßim
Flamina conspirant ventorum, ad plena coloni
Gaudia, & ad fessae Domini solamina vitae.
Quam spatiosa patet Campestri scaena theatro,
Corporaque ingentum cernuntur pulchra Domorum:
Quas Venus Idalias arces, Erycinaque linquens
Mœnia cum charitum, numero fabricasse videtur,
Ingeniumque experta suum, manuumque labores.
Hinc latè perpingue solum per iugera surgens
Pallas odorato semper pallescit oliuo
Atque Ceres olim parientibus obruta sulcis,
Flauicomam grauida frontem circumdat arista.
Ac Pomona ferax pleniùs onerata canistris
Omnia pensilibus ditat viridaria pomis.
Hinc etiam Bromius cornu generosus opimo,
Tempora pampineis cingens iuuenilia sertis,

Fertilibus

Fertilibus teretes maturat collibus vuas;
Prosiliuntque suis festiua Naiades antris,
Et molli suadent somnos captare susurro,
Leniter arboreos crines dum spiritus aura
Perstrepit; et laurus lauris admurmurat, ilex
Ilicibus: toto ac ridet clementia cœlo.
Effinxisse puto hic humana potentia campos
Elysios, primique hominis renouasse beatam
Sedem: vbi perpetuis inarata gratia terræ
Surgebat zephyris: vegetisq; coloribus aucta
Vita morabatur: nullisque obiecta periclis
Puro aderat redimita auro, passimq; bonorum
Agminibus comitata dies agitabat amœnos.
Quæ postquam superi mandata fuere tonantis
Tartareis neglecta dolis: est mortis imago.
Ingenii sed alumna mei, Phœbique supellex
Enthea, sermonis nec non mea vena perennis,
Linque pii generis cantu renouasse dolorem
Amissam memorans felicem crimine vitam.
Et potius capto cursu bene laudibus insta: Et
Dædala tecta manu; variisque extructa magistris
Vrbis, & egregios nunc contemplare penates.
Aspice in his quantus decor, & quam pulchra superbit
Maiestas, cunctis respondens partibus aptè.
Hic olim non cultus ager; non peruius vllis
Agricolis

Agricolis fuerat, sterilesq; his nuper arenas
Cernere erat: sed Syllae acies inuicta rebellem
Infensam imperio ac sobolem domitura Quirino,
Faesulae montanis in sedibus edita ferro
Maenia fracta solo aequauit, domuitq; Cateruas
Infandorum hominum: quos huc collegerat Urbis
Exitium, meritas fugiens Catilina secures.
Hic ubi victrices aquilas, laurumque virentem
Composuit Syllana phalanx, exosa subactum
Deuictae gentis culmen, victosque penates,
(Ad quos non aequa cuiquam sed semper iniqua
Fas erat ire via, passuque incedere anhelo)
Floriferum cernens aequor, c loque situque
Nobile, congesta fundamina maxima iecit
Saxorum serie, celsasque eduxit in auras:
Postquam condendae descripta est area gyro
Urbis, & artifices spatium statuere decorum.
Sic florens sortita fuit Florentia nomen
Quam nunc Italiae florem, decus, incrementum
Dicimus, hancque lares pulchros, & recta viarum
Interualla sequi, duris solidata cauernae
Oßibus: aquato gressus qua flectere dorso
Quisque potest, nullique pedes illidere saxo.
Quam multa effoßis fastigia nixa columnis
Aggereque imposito telluris in aera surgunt,

D. Quae

Quægetica venisse cheli; tyrioque videntur
Sponte sua in varias muri modulamine partes.
Aspicis vt primum cunctis spectabile terris
Fanum sese aperit: nomen cui Virgo verendum
Aligeri stupefacta sono dedit, atque Tonantem
Assensu concepta humili, & quadriga salutis
Effecta, ac mundi rerum medicina Labantum.
Vestibulum miserorum hominum venientibus vltro
Demonstrat casus, genuit quos dextra tabella:
Et miseranda virum simulacra, soloque Marique
Vitatas cædes, & mille pericula, tantæ
Virginis Auxilio, ac eadem spectacula vtrinque
Interior pars sacra domus cernentibus offert.
Postea sectilibus radiant sola læuia saxis:
Argentumq; nitet varium, rutilumq; metallum:
Nuncius ales vbi colitur, Reginaq; Diuum.
Quin etiam circum lucent funalibus ignes
Mobilibus; teretiq; simul fax condita vitro;
Æternamq; trahunt vitam, flammaq; perenni
Candelabra rubent: & palladis ebria succo
Multa coronatis lampas nitet ordine lychnis
Sideris in morem tremuli, stellæque comantis.
Deinde oculis media se cunctis obiicit vrbe
Templum Augustum, ingens, cuius tholus incubat alto
Dorso parietibus circum suffultus, & atro

Imbrice

Imbrice compositus, qui Naiadas arcet olympo
Demissas, lacrymasque fugat quas filia Atlantis
Pleiades atque Hyades fundunt, miserabile fratris
Funus inexhausta repetentes nube doloris.
Haec quoque Caelicolum Regi deuota Parenti est
Machina: vbi niuea spectandus veste Sacerdos
Plurimus inflexo venerandum Numen adorat
Poplite, et emeritos superis indicit honores.
In longos porrecta sinus, latumq; per orbem
Ducta, suum extendit spatioso limite corpus.
Vndique marmoreis est incrustata tabellis:
Atque pauimento nitidis radiante lapillis
Sternitur, & Phrygia praecisis rupe columnis,
Intus anhelantes saxorum roborat artus.
Post haec depicto consurgit fornice: vtrinq;
Diuitibus nec non multis ornata sacellis;
Quam contra saxo moles fabrefacta vetusto
Surgit: vbi Martis quondam simulacra colebat
Falsa superstitio: puris nunc abluit vndis
Natorum sordentem animam caeleste lauacrum
(O fidei monumentum ingens, caput atque salutis)
Officioque intenta pio numerosa canentum
Zacharidae celebrat solemnes turba decores.
Hinc prope quadrata turris generosa figura
Tessrulis, pictoque super distincta Lapillo,

Nubifero ac sublata tholo, effusumq; per auras
Versicolore caput sustollit ad aurea muro
Sidera, sustentans maculoso marmore corpus;
Aere loquax longè, varioq; animata metallo
Suscitat illa sonos, ac totam commouet vrbem.
Nec minus interea moles delubraq; diuum
Euoluenda forent numeris, turrisque forensis
Æmula cœlicolum laribus caput ardua condens
Nubibus in gelidis: ac Limina Pittia ahenis
Fortia cardinibus, regali & splendida luxu,
Porticus aspicitur magnis vbi lata columnis
Atque patet vacuo spatioso limite campo
Atrium & in celsis surgunt conclauia muris
Atque gynæcea a Dominis habitata: laresue
Principibus fati, & pictis laquearibus aulae.
Formam operis tanti stupeo: nec lubrica possum
Lumina congerie saxorum explere tuendo,
Dum vagor aspectu visumque per omnia duco.
Cernis vt anterior tanti generosa superbit
Aedificii facies, cœloque incisa parumper
Mentoreo, ac longe crebris oculata fenestris
Mœnia caucaseis mage fortia rupibus, arcesq;
Aerias ò Memphi tuas superantia, & omnes
Quas memoranda canit moles pleno ore vetustas.
Par foret ac etiam Templum memorare Nouellum

Quo

Quo plures quondam diuersis partibus orbis
Conuenere Patres, quorum infula rubra maritat
Tempora, & ostrinus circumdat corpus amictus:
Custodesque ouium, quas improbus hostis Auerni
Territat inualidas vt aues, atque arcet olympo:
Concilio vitiis vt fortia fræna nefandis
Iniiceret: culpasque alta ceruice vagantes
Orbe, ac audacter virtutibus insultantes
Destruerent: bisdeq; caput ferale secarent
Hæreseos: populisq; darent noua iura subactis.
Sed iam destituor Phœbo: feruorque resedit
Per mea Diuinus præcordia. Vela secundis
Hac impulsa tenus zephyris contracta repono.
Tu tamen interea moderatrix inclyta prolis
Hetruscae, salue Florentia, mater honorum
Et decus Italiæ, mundique optata venustas;
Extremumque vale: & si quid mea carmina possunt,
Accipe quae cecini laudum monumenta tuarum
Atque Aquilis sublata tuis; & vecta quadrigis
Gloriae, & Heroum circumuallata tuorum
Agmine; per totas tua nomina differe terras.

F I N I S.

Laus Deo, & Beatæ Virgini Mariæ.

ADuenit insequens epigramma cum iam typographus priores libelli paginas absoluisset; Vatem tam digna laudatione fraudare non licuit: dignius istud locari non potuit.

ALEXANDRI CARPANTI CANONICI in insigni Florentino Diui Laurentii Templo, in laudem Lidani Colanelli amænissimi Poetæ; Epigramma.

ARdua quis potuit Parnaßi culmina montis
Scandere, & Aonidum tangere fontis aquas?
Si Lidani spectes quæ pleno protulit ore
Carmina, Parnassus, fons, aqua totus erit.

AD EVMDEM OB EIVS Panegyrim ex occultò impressam.

Alex. Scarl.

Triste supercilium tua cur ad carmina vertis,
Ad te cum tanto fœnore dum redeunt?
FLORENTIS numquam cecinisses Vrbis honores,
Copia si nusquam carminis vlla fores.

Licentiam impertimu r typis depromere præmisſam de laudibus Ciuitatis Florentię Panegyrim, ordinibus cōſuetis ſeruatis. Die 31. Iulii 16 4.

Petrus Nic. Vic. Gen. Flor.

Videat Pater Reg. Sancti Spiritus pro sancto officio Flor. prima Augusti 1614.

Frat. Corn. Flor. Inquiſ.

Præcedentem Panegyricum de laudibus Florentiæ, Frater Gaſpar Pagnius Romanus in conuentu ſancti Spiritus Magiſter Regens, ex mandato Reuerendiſſimi Patris Inquiſitoris pro ſancto officio accuratè recognouit; & cum nihil contineat quod à fide Catholica. & bonis moribus ſit alienum, ideo typis mandari poſſe approbat, atque iudicat. Datum Florentiæ die 5. Menſis Auguſti 1614.

Frater Corn. Flor. Inq. 5. Augusti 1614.

Stampisi secondo gl'ordini questo di 7. di Agosto 1614.

Niccolò dell'Antella.

Licia nunc ſurſum, dentato ſtamina ligno
Percutit, & captis ſolidat velamina filis;
Pictaq; diuerſis affert aulæa figuris;
In quibus, aut homines vario diſcriminat auro
Aut nunc deuictas acies, Troiæque ruinas,
Magnanimum nunc facta ducũ, nunc enſe phalanges
Lurida puluereo geminare cadauera campo:
Nunc etiam effingit fluuios ſyluaſq; comantes:
Ac ſatyros iunctos nymphis per rura vagantes;
Feſtiuo, vel rite ſolum Dryadeſq; puellas,
Et venatricem quatientem calce Dianam;
Quæ quoque per virides grauida ſuccincta pharetra
Aſpicitur colles, canibuſque latrantibus apros
Vrgere, ac volucri Damas laniare ſagitta.
Quin etiam lepidos puro in velamine flores
Pingit acu mulier facili, calamoq; paluſtri
Inſerit artifici vernantia lilia panno.
Sic ea in argento candent: flaueſcit in auro
Chalta: refertque virens pæſtana roſaria ceſpes.
Et violæ violis certant, & fructibus ipſi
Fructus; ſic vincit naturam pæne magiſtram
Fæmina producens varios ſine ſemine flores.
Caetera non memoro: dictis cum plura ſuperſint,
Et mea ad excelſas flectat veſtigia turres
Muſa, licet graio nolit concedere plectro.

Faetaq;

Fataq; turgescat tripodum furialibus auris.
Quidquid enim trullis iaciens camenta redemptor
Condidit; & primis dedit incoluisse Dynastis,
Ne quicquam vile est si versibus ingerat omnis
Lingua sophocleo resonet licet aucta cothurno.
Adde quod antiqua quondam cecinere camena,
Proxima stellatis deducta palatia Regnis,
Pyramidumque apices magna ac miracula Memphis
Sepius ad cythara modulos dixere poeta.
Aggredere ergo alacris vocum discrimina mille,
Ad manuum partus, & saxea corpora duris
Seruitio Artificis valido compacta colossis
Flectere, musa, oculis, aut quod molimina circum
Obiiciunt adiecta tuis, ad pollicis ictum
Atque lyra vocale melos iam accersere: pulchrum est
Ac aequum, tali nunc indulgere labori.
Incipe iam celeres congesto marmore sensus
Pascere, & augustos metiri luce penates.
Aspicis innumeris quot sint loca consita villis
Corporis obsequio ciuis famulantia: & Vrbi
Multiplici solitum reddentia messe tributum.
Hic mulcere datur curas, genioq; parumper
Cedere, & ardentes variis arcere calores
Rebus: vbi rabido flagrans exastuat ore
Syrius, & validis latratibus aera siccat;

Atq;

Atq; Cleonaei baccatur stella Leonis,
Totaque pallenti tellus languescit amictu.
Et cum cocta cadunt tepido sub frigore Librae
Poma: quoque hic varios datur exercere labores,
Defessum dulci recreare ac gymnade corpus,
Siue coruscantis fingendo tonitrua cœli
Oblongo ferri tubulo spolia alta petenti
A Ioue, cum picea solem caligine vestit
Fumeus, occultas iaculans ad sidera flammas;
Seu Capreas, Leporesque vagos, Vulpesque malignas
Sectando, cum forte canis vestigia nactus
Venator cursu praedam, caudaq; latratuq;
Offert, & querulo complet nemus omne tumultu
Ac tunc impatiens frani tenuissimus vmber
Per salebras collesque ruit, per aperta locorum
Fulminis ardentes alas, caurosque volantes
Exuperat, leporisque pedem pede feruidus vrgens
Sæpius increpuit malis, hostemque memordit.
Aut nigra nexilibus tendendo retia filis,
Ac nodis volucres prædantibus impellendo,
Saxorum iactu strepituque cadentis arenae:
Lucida vbi in pulchros distinguitur vua colores
Ac viridis se aperit facies, quam vitea circum
Ducta racemiferis præpandit scena corymbis.
Vimine seu curuo turdos, viscoque tenaci

Fallendo

Fallendo arguto cantu, dum callidus Auceps
Agminis aligeri voces, & sibila fingit,
Ludibrio ac blandita suo praenuncia fati
Noctua dum saltat, vel in ipsa sede quiescens
Huc caput atque illuc iactat collumque deorsum
Et sursum mouet, ac toto nunc corpore surgit.
Quam Florentino bene rerum docta creatrix
Indulsit natura solo: stupet ipsa voluptas
Commoda, Delicias, Villarum membra, situsque,
Temperiem cœli: qua cum dulcißima paßim
Flamina conspirant ventorum, ad plena coloni
Gaudia, & ad fessae Domini solamina vitae.
Quam spatiosa patet Campestri scaena theatro,
Corporaque ingentum cernuntur pulchra Domorum:
Quas Venus Idalias arces, Erycinaque linquens
Mœnia cum charitum, numero fabricasse videtur,
Ingeniumque experta suum, manuumque labores.
Hinc latè perpingue solum per iugera surgens
Pallas odorato semper pallescit oliuo
Atque Ceres olim parientibus obruta sulcis,
Flauicomam grauida frontem circumdat arista.
Ac Pomona ferax plenius onerata canistris
Omnia pensilibus ditat viridaria pomis.
Hinc etiam Bromius cornu generosus opimo,
Tempora pampineis cingens iuuenilia sertis,

Fertilibus

Fertilibus teretes maturat collibus vuas;
Prosiliuntque suis festiua Naiades antris,
Et molli suadent somnos captare susurro,
Leniter arborieos crines dum spiritus auræ
Perstrepit; et laurus lauris admurmurat, ilex
Ilicibus: toto ac ridet clementia cœlo.
Effinxisse puto hic humana potentia campos
Elysios, primique hominis renouasse beatam
Sedem: vbi perpetuis inarata gratia terræ
Surgebat zephyris: vegetisq; coloribus aucta
Vita morabatur: nullisque obiecta periclis
Puro aderat redimita auro, paßimq; bonorum
Agminibus comitata dies agitabat amœnos.
Quæ postquam superi mandata fuere tonantis
Tartareis neglecta dolis: est mortis imago.
Ingenii sed alumna mei, Phœbique supellex
Enthea, sermonis nec non mi vena perennis,
Linque pii generis cantu renouasse dolorem
Amissam memorans felicem crimine vitam.
Et potius capto cursu bene laudibus insta: Et
Dædala tecta manu; variisque extructa magistris
Vrbis & egregios nunc contemplare penates.
Aspice in his quantus decor, & quam pulchra superbit
Maiestas, cunctis respondens partibus aptè.
Hic olim non cultus ager; non peruius vllis

Agricolis

Agricolis fuerat, sterilesq; his nuper arenas
Cernere erat: sed Syllae acies inuicta rebellem
Infensam imperio ac sobolem domitura Quirino,
Faesulamontanis in sedibus edita fetto
Maenia fracta solo aequauit, domuitq; Cateruas
Infandorum hominum: quos huc collegerat Urbis
Exitium, meritas fugiens Catilina secures.
Hic vbi victrices aquilas, laurumque virentem
Composuit Syllana phalanx, exosa subactum
Deuictae gentis culmen, victosque penates,
(Ad quos non aequa cuiquam sed semper iniqua
Fas erat ire via, passuque incedere anhelo)
Floriferum cernens aequor, c loque situque
Nobile, congesta fundamina maxima iecit
Saxorum serie, celsasque eduxit in auras:
Postquam condendae descripta est area gyro
Vrbis, & artifices spatium statuere decorum.
Sic florens sortita fuit Florentia nomen
Quam nunc Italiae florem, decus, incrementum
Dicimus, hancque lares pulchros, & recta viarum
Interualla sequi, duris solidata cauernae
Ossibus: aquato gressus qua flectere dorso
Quisque potest, nullique pedes illidere saxo.
Quam multa effossis fastigia nixa columnis
Aggereque imposito telluris in aera surgunt,

D. Quae

Quæ getica venisse cheli, tyrioque videntur
Sponte sua in varias muri modulamine partes.
Aspicis vt primum cunctis spectabile terris
Fanum se se aperit: nomen cui Virgo verendum
Aligeri stupefacta sono dedit, atque Tonantem
Assensu concepta humili, & quadriga salutis
Effecta, ac mundi rerum medicina Labantum.
Vestibulum miserorum hominum venientibus vltro
Demonstrat casus, genuit quos dextra tabella:
Et miseranda virum simulacra, soloque Marique
Vitatas cædes, & mille pericula, tantae
Virginis Auxilio, ac eadem spectacula vtrinque
Interior pars sacra domus cernentibus offert.
Postea sectilibus radiant sola laeuia saxis:
Argentumq; nitet varium, rutilumq; metallum:
Nuncius ales vbi colitur, Reginaq; Diuum.
Quin etiam circum lucent funalibus ignes
Mobilibus; teretiq; simul fax condita vitro;
AEternamq; trahunt vitam, flammaq; parenni
Candelabra rubent: & palladis ebria succo
Multa coronatis lampas nitet ordine lychnis
Sideris in morem tremuli, stellæque comantis.
Deinde oculis media se cunctis obiicit vrbe
Templum Augustum, ingens, cuius tholus incubat alto
Dorso parietibus circum suffultus, & atro

Imbrice compositus, qui Naiadas arcet olympo
Demissas, lacrymasque fugat quas filiæ Atlantis
Pleiades atque Hyades fundunt, miserabile fratris
Funus inexhausta repetentes nube doloris.
Hæc quoque Cœlicolum Regi deuota Parenti est
Machina: vbi niuea spectandus veste Sacerdos
Plurimus inflexo venerandum Numen adorat
Poplite, et emeritos superis indicit honores.
In longos porrecta sinus, latumq; per orbem
Ducta, suum extendit spatioso limite corpus.
Vndique marmoreis est incrustata tabellis:
Atque pauimento nitidis radiante lapillis
Sternitur, & Phrygia præcisis rupe columnis,
Intus anhelantes saxorum roborat artus.
Post hæc depicto consurgit fornice: vtrinq;
Diuitibus nec non multis ornata sacellis;
Quam contra saxo moles fabrefacta vetusto
Surgit: vbi Martis quondam simulacra colebat
Falsa superstitio: puris nunc abluit vndis
Natorum sordentem animam cœleste lauacrum
(O fidei monumentum ingens, caput atque salutis)
Officioque intenta pio numerosa canentum
Zacharidæ celebrat solemnes turba decores.
Hinc prope quadrata turris generosa figura
Tessrulis, pictoque super distincta Lapillo,

Nubifero ac sublata tholo, effusumq; per auras
Versicolore caput sustollit ad aurea muro
Sidera, sustentans maculoso marmore corpus;
Aere loquax longè, varioq; animata metallo
Suscitat illa sonos, ac totam commouet vrbem.
Nec minus interea moles delubraq; diuum
Euoluenda forent numeris, turrisque forensis
Æmula cœlicolum laribus caput ardua condens
Nubibus in gelidis: ac Limina Pittia ahenis
Fortia cardinibus, regali & splendida luxu,
Porticus aspicitur magnis vbi lata columnis
Atque patet vacuo spatioso limite campo
Atrium & in celsis surgunt conclauia muris
Atque gynæcea a Dominis habitata: laresue
Principibus fati, & pictis laquearibus aulae.
Formam operis tanti stupeo: nec lubrica possum
Lumina congerie saxorum explere tuendo,
Dum vagor aspectu visumque per omnia duco.
Cernis vt anterior tanti generosa superbit
Aedifici facies, cœloque incisa parumper
Mentoreo, ac longe crebris oculata fenestris
Mœnia caucaseis mage fortia rupibus, arcesq;
Aerias ò Memphi tuas superantia, & omnes
Quas memoranda canit moles pleno ore vetustas.
Par foret ac etiam Templum memorare Nouellum

Quo plures quondam diuersis partibus orbis
Conuenere Patres, quorum infula rubra maritat
Tempora, & ostrinus circumdat corpus amictus:
Custodesque ouium, quas improbus hostis Auerni
Territat inualidas vt aues, atque arcet olympo:
Concilio vitiis vt fortia fræna nefandis
Iniicerent: culpasque alta ceruice vagantes
Orbe, ac audacter virtutibus insultantes
Destruerent: bisidaeq; caput ferale secarent
Hæreseos: populisq; darent noua iura subactis.
Sed iam destituor Phœbo: feruorque resedit
Per mea Diuinus præcordia. Vela secundis
Hac impulsa tenus zephyris contracta repono.
Tu tamen interea moderatrix inclyta prolis
Hetruscae, salue Florentia, mater honorum
Et decus Italiæ, mundique optata venustas;
Extremumque vale: & si quid mea carmina possunt,
Accipe quae cecini laudum monumenta tuarum
Atque Aquilis sublata tuis, & vecta quadrigis
Gloriae, & Heroüm circumuallata tuorum
Agmine, per totas tua nomina differe terras.

F I N I S.

Laus Deo, & Beatæ Virgini Marię.

ADuenit insequens epigramma cum iam typographus priores libelli paginas absoluisset; Vatem tam digna laudatione fraudare non licuit: dignius istud locari non potuit.

ALEXANDRI CARPANTI CANONICI in insigni Florentino Diui Laurentii Templo, in laudem Lidani Colanelli amænissimi Poetæ; Epigramma.

ARdua quis potuit Parnaßi culmina montis
Scandere, & Aonidum tangere fontis aquas?
Si Lidani spectes quæ pleno protulit ore
Carmina, Parnassus, fons, aqua totus erit.

AD EVMDEM OB EIVS Panegyrim ex occultò impressam.

Alex. Scarl.

Triste supercilium tua cur ad carmina vertis,
Ad te cum tanto fœnore dum redeunt?
FLORENTIS numquam cecinisses Vrbis honores,
Copia si nusquam carminis vlla foret.

Licentiam impertimu r typis depromere præmissam de laudibus Ciuitatis Florentię Panegyrim, ordinibus cõsuetis seruatis. Die 31. Iulii 16 4. 31

Petrus Nic. Vic. Gen. Flor.

Videat Pater Reg. Sancti Spiritus pro sancto officio Flor. prima Augusti 1614.

Frat. Corn. Flor. Inquis.

Præcedentem Panegyricum de laudibus Florentiæ, Frater Gaspar Pagnius Romanus in conuentu sancti Spiritus Magister Regens, ex mandato Reuerendissimi Patris Inquisitoris pro sancto officio accuratè recognouit; & cum nihil contineat quod à fide Catholica. & bonis moribus sit alienum, ideo typis mandari posse approbat, atque iudicat. Datum Florentiæ die 3. Mensis Augusti 1614.

Frater Corn. Flor. Inq. 5. Augusti 1614.

Stampisi secondo gl'ordini questo di 7. di Agosto 1614.
Niccolò dell'Antella.